

Ecclesia Sancti Risori loci de Zilia

Tectum satis tutum a pluvia habet.

Pavimentum ex calce stratum et in nonnullis loccis effossum.

[68v] Parietes dealbatos habet.

Tria hostia [*sic*], que satis tute clauduntur.

Vas aque sancte marmoreum super divisorium existens.

Altare maius

Sub emicicli existit satis ad formam.

Iconam decentem habet.

Bradellam angustam.

Tres tobaleas.

Palium ex corio deauratum.

Candelabra duo et crucem.

Dicitur consecratum existere.

A latere epistole etiam sub emicicli existit aliud altare titulo sancti Michaelis minime ad formam et in eo celebratur.

Ad sinistram ingredientis extat aliud altare titulo beate Marie virginis non ad formam.

Iconam nimis angustam habet et crucem.

Extat societas beate Marie virginis.

In ipsa ecclesia extat quodam solarium elevatum ad usum confratrum societatis sancte Crucis, ad quod ascenditur per scalam ligneam.

Cimiterium satis tutum ab ingressu bestiarum existit et crucem satis ad formam habet, in quo etiam arbores existunt, uni quorum inest campana apensa.

In ipso etiam cimiterio extat quodam oratorium absque tecto, quod alias pro societatis [*sic*] sancte Crucis inserviebat.

Suppellectilia

Calice con la patena assai buono

[69r] Due para di corporali buoni

Sei purificatori

Una pianeta di damasco rosso furnicata [*sic = furnita, pour fornita?*]

Una di panno rosso, un altra turchina et una di tela bianca a fogia, tutte fornite

Due cotte

Un palio di panno rosso et un altro di tela turchina a fogia

Tovaglie a numero sette con quelle che sono sopra l'altare

Un palio di fostano bianco

Un baldachino di taffità rosso assai buono con le sue aste

Un calice con la coppa et la patena d'argento, il quale non è stabile

Un missale e dui campanelli

Un paro di ampolline di vetro

Due pace di legno vecchio.

Eucharistia

Asservatur in tabernaculo ligneo deaurato e[t] depicto intus tela vestito.

Conopeum habet ex serico rubeo vestitu<tu>m.

Stratum vero corporale minime habet.

Tabernaculum ostensorium satis ad formam.

Duas pixides argenteas et in maiori particula sacramenti conservat.

Caret bursa.

Lampas continuo ardet expensis societatis Corporis Domini.

[69v] Defert huiusmodi sacramentum ad infirmos stola et cotta indutus, monito populo sono campane, deferuntur luminaria, crucem [*sic*], aspergillum et tintinabulum.

Non habet baldachinum.

Per viam recitat psalmos.

Domi infirmi paratur me[n]sa.

Pertransit per flumina et loca ex itinire difficile et montuosa.

Ipse conficit hostias, quas conservat in cutula lignea minime vestita.

In comunionibus generalibus mares prius et exinde feminas adhibitis tobaleis comunicat, quibus purificationem in ciato vitreo prebet.

Adhibet diligentiam in describendis comunicatis tempore Pascatis.

Qualibet tertia dominica mensis fit processio et in die Corporis Domini.

In reliquis (etc.).

Baptismus

Inest baptisterium in ecclesia muro divisorii inherens.

Vas aque sancte marmoreum.

Habet ciborium forma pyramidi et satis tute clauditur.

Nullum habet cocleare sed infundit aquam super capud [*sic*] infantis ampulla vitrea.

Habet sacrarium sed non ad formam.

Renovat aquam annuatim et veterem [70r] per sacrarium emittit.

Describit baptizatos in libro, quibus nomina sanctorum imponit.

Admittit patrinum et matrinam minime ignorantes primordia fidei.

Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia iuxta formam ritualis.

Extant obstetrices instrute.

Iniungit parentibus ne intra annum retineant infantem in lecto.

Puerpere accedunt ad ecclesiam pro benedictionem [*sic*] capienda.

In reliquis (etc.).

Olea sacra

Asservantur in capsula stamnea, oleum infirmorum separatum ad formam, et illa retinet in fenestella prope altare existen[ti] et clavi clauditur.

Non habet bursam.

Accedit ad ungendos infirmos stola et cotta indutus et defert crucem et aspergillum, annuatim accipit olea ab ordinario et vetera per sacrarium comburit.

In reliquis servat formam ritualis.

Penitentia

Extat confessionale in parte inferiori ecclesiae satis tolerabile.

Caret tabellis necessariis.

In ipso audit confessiones stola et cotta indutus, et in imponendis penitentiis et in illius administratione recte se gerit.

[70v] Matrimonium

Publicavit decreta concilii Tridentini de reformatione matrimonii.

Administrat huiusmodi sacramentum in ecclesia emissis prius debitis denunciationis [*sic*] et habito consensu a sponsis.

Inter quos ignorat sequi carnalis copula, quibus explicat vim et gnotionem [*sic*] huius sacramenti.

Adhibet diligentiam in illis describendis.

Temporibus quibus nuptie interdicte forent nulla contrahuntur matrimonia.

Transeuntibus ad secundam nuptias [*sic*] non benedicit.

Nulli extant impedientes vel cogentes matrimonia.

De quodam qui contraxit in gradu prohibito ordinario notitiam dedit.

In reliquis servat formam ritualis.

Parocho [*sic*]

Extat pater (*ou* presbyter) Petrus [*rayé*: de sancta], qui litteras suorum ordinum non exhibuit cum illas tempore belli deperdidisse asseruit.

Ostendit vero litteram sui beneficii, cuius reditus ascendit ad scutos quinquaginta.

Ecclesia non habet domum parochialem et i[p]se coabitat cum nepotibus.

Parochia est dispersa.

Numerum animarum quatuor centum et focolariorum centum.

[71r] Non habet librum status animarum.

Nulli extant impedientes libertatem ecclesiasticam minusve in ecclesia tumultuantes nec usurarii et concubinarii.

Pueros doctrinam christianam minime docet.

Populo verbum Dei non praedicat.

Omnibus diebus festis celebrat et sepe a variis confessariis confitetur.

Continuo incedit in habitu et tonsura clericali.

Nullos habet inimicos nec defert arma.

Non habet clericum sed retinet pater Stephanum pro coadiutore, qui litteram suorum ordinum ostendit.

Nulle extant in parochia strige minusve in<i>cantatrices.

[...]

Chiesa di San Risori di Ziglia

All'altare si provegga degli ornamenti prescritti ne' decreti generali.

I due altari che sono dal lato dell'epistola et dell'evangelio si riformino come ne' decreti generali, altramente gettinsi a terra.

Dal cemeterio si togliano quegli alberi, et la campana si ponghi sopra la chiesa in luogo decente.

Confratria

I confratri osservino quanto ne' decreti generali habbiamo ordinato delle confratrie.

De' sacramenti

Si provegga de' vasi et altri ornamenti per i santissimi sacramenti alla forma de' decreti generali, conforme a quali il parocho aministri essi sacramenti.

Parocho

Provegga de' libri per lo stato dell'anime alla forma prescritta ne' decreti generali et non tralasci d'insegnare la dottrina christiana, almeno nel modo prescritto nella chiesa di Vico.